

Neque his repugnat D. Thom. in 2. diff. 27. art. 5. ad 2. dicens: quod non oportet, ut quilibet alius meritorius augmentum gratia mereatur. Nam S. Thomas ibi solum vult, quod non omnis actus meretur augmentum gratia flatim conferendum: ut enim ex actu flatim sequatur augmentum habitus, non sufficit, ut sit causa, & sufficiens dispositio, qualis non est actus remissus. Unde subdit: Quia non in quolibet actu meretur incrementum illa conditio, per quam ex actu consequitur augmentum habitus.

IV. Nec pariter obstat, quod qui habet habitum intentum, & solum remisse agit, operetur indebito modo, ac proinde non mereatur. Et pariter, quod inter meritum, & premium debet dari aequalitas, ut inter actum remissum, & augmentum habitus non datur.

Non enim obstat primum. Nam sicut ad merendum non est necesse scire, id quod est melius, puta servare etiam consilia: ita non est necesse semper operari secundum totam intentionem habitus charitatis, sed agere actum undequaque bonum, & ex eius imperio.

Neque obstat secundum: Tum quia, inter meritum, & premium sufficit aequalitas proportionis, quae inter actum charitatis remissum, & eius augmentum datur, etiam illum mathematicae excedat: Tum quia: esse non datur aequalitas in genere physico, datur tamen in valore morali sumpto ex gratia, alique capitibus, quae quibus dignitas moralis actus confertur.

V. Resolvitur secundo: Mentem S. Thomae esse, quod non quilibet actus charitatis flatim habitus charitatis augetur: sed tunc demum, quando iustificatus in actum ferventem erumpit. Ita S. D. hoc art. 6. ad 1. his verbis: Quilibet alius charitatis meretur vitam aeternam, non quidem flatim exhibendam, sed suo tempore. Similiter etiam, quilibet alius charitatis meretur charitatis augmentum: non tamen flatim augetur, sed quando aliquis conatur ad huiusmodi augmentum. Et 1. 2. quest. 114. art. 8. ad 3. Quilibet (inquit) actus meritorius meretur homo augmentum gratia, sicut & gratia consummationem, quae est vita aeterna. Sed sicut vita aeterna non flatim redditur, sed suo tempore, ita nec gratia flatim augetur, sed suo tempore: cum scilicet aliquis sufficienter fuerit dispositus ad gratia augmentum. Et ratio est: Quia, ut supra cum eodem S. Thom. in 2. diff. 27. quest. 1. art. 5. ad 2. dicebamus, ad actualem augmentum gratia, & charitatis, non sufficit, ut actus sit meritorius, sed requiritur, ut sit causa dispositiva sufficiens; quod non habet quilibet actus meritorius, si sit remissus.

VI. Probatur hoc discursu. De spiritualibus, & supernaturalibus habitibus, quod ea, quae in Scripturis, Patribus, Conciliis, aut Traditionibus non explicantur, iudicare debemus secundum proportionem ad naturalia. Tum ne detur libera occasio fingendi quilibet. Tum quia: ad suam divinam providentiam ordinem videtur pertinere, ut iuxta modum dispositionis eorum naturalium, quae sunt nobis nota, & proportionata, disponat etiam supernaturalia in nobis: sed habitus per vires naturales acquisiti non augentur per actus remissos, ergo nec habitus infusi augentur.

Noque dicas. Habitibus acquisitis propterea non augeri per actus remissos, quia actus effective concurrunt ad eorum augmentum; habitus vero infusi non augentur nostris actibus efficienter, sed meritorie, & dispositive. Nam contra est. Si actus, est non efficienter, dispositive tamen, concurrat ad augmentum habitus infusi; ergo si non ponatur actus, qui sit dispositio sufficiens, Deus effective non causabit augmentum. Sicut enim non infundit gratiam, & charitatem in adultis, nisi postis dispositionibus, & proportionate ad illas: ita nec auget gratiam, nisi postis dispositionibus, & proportionate ad illas: sed actus remissus non est dispositio se ipsa sufficiens ad hoc, ut ea postea sequatur augmentum gratia; ergo &c.

VII. Sed obstat. Si non per quemlibet actum, etiam remissum, augetur charitas, sed solum per ferventem, sequitur duo absurda. Primum, Deum non retribuere mercedem secundum meritum: cum enim, ex dictis, actus remissus sit meritorius augmenti gratia, & gloria, si is, qui actus remissus operatus est, non prorumpat in ferventem, non accipiet mercedem illis actibus debitam.

Secundum, Iustum, qui perfectus est, esse peioris conditionis, quam Iustum imperfectum. Potest enim esse, quod Iustus perfectus operetur actum intensiorem, quam imperfectus; & tamen non augetur habitus, qui in ipso est, augetur vero habitus eius, qui est imperfectus; si nimirum actus Iusti perfecti sit remissus comparatione sui habitus, actus vero Iusti imperfecti sit intensus respectu sui.

VIII. Respondeo, neg. sequelam. Ad primum respondent plures, etiam ex Nostris, cum, qui in hac vita non prorumpit in actum ferventem, atque ideo non se ultimo disponent ad augmentum, quod meretur, recipere illud in altera vita. In ingressu enim gloriae elicitur actus ferventissimus, cui est non per modum meriti, saltem per modum dispositionis, respondebit augmentum gratia, & gloria.

Sed haec responsio placere non potest. Nullo enim fundamento asseritur iste actus ferventior in ingressu gloriae eliciendus, qui sit dispositio ad augmentum gratia, & gloriae. Quis quique decesserit, talis erit in altera vita, sive quoad poenam, sive quoad praemii intentionem, iuxta illud Ecclesiasticae 11. v. 3. Si ceciderit lignum, quocumque lececciderit, ibi erit. Et Joan. 9. v. 4. Penes nos, quando nemo potest operari. Super quo S. Augustinus Tract. 44. in Joan. Aliud (inquit) est tempus operationis, aliud receptionis: reddet enim Dominus un-

cuique secundum opera sua. Cum vivit, fac, si solutus es; vita enim tua nec valida. Ergo si habitus charitatis in hac vita non est actus per convenientem dispositionem diligentis, nec augetur; sed recipiet lumen gloriae proportionatum ei dispositioni, in qua decedit.

IX. Verius ergo censet, vel Deum ex sua misericordia, & suavi providentia daturum illi actum ferventem in fine vitae, quo ultimo disponatur ad augmentum gratia actibus remissis praecedentibus proportionatum. Vel etiam non prorumpat in actum ferventem, sive in vita, sive in fine vitae, adhuc receptorum retributionem secundum meritum; nempe, vitam aeternam etiam titulo, & intuitu actum remissorum; quod si non retribuitur ei augmentum, defectus ab homine fuit, qui ad illud, ut poterat, non se disposuit.

X. Sed contra hoc dices. Injustus esset, qui operario per decem dies laboranti, ac merenti ex pacto singulis diebus unum denarium, non redderet decem denarios, sed solum unum, eumque decem titulis debitum; ergo similiter injustus erit Deus, si propter plura merita non reddat plures gradus gloriae, sed unum plurius titulis debitum. Cui obstat videtur etiam Tridentinum, Sess. 6. Can. 32. ubi statuit, bona opera hominis iustificati mereri ipsius vitae aeternae consecutionem, atque etiam gloriae augmentum.

XI. Respondeo tamen, neg. conf. Nam cum merces operario debita sit illi extrinseca, nulli ex parte ipsius requiritur dispositio, ut mercedem consequatur, sed fat est, quod opus externum faciat, quomodocumque sit interne dispositus: ac cum merces, quae iustus redditur, sit forma quaedam intrinseca illis efficiendis, praerogative dispositionem subiecti & ad mercedem, & ad quantitatem mercedis. Neque obstat Tridentinum: sensus enim illius est, quod Iustus augmentum gloriae recipiet, supposito semper sufficienti dispositione.

XII. Neque quod fecerit secundum absurdum. Nego enim asumptum. Quia Iustus perfectus est simpliciter melioris conditionis, quam propter maiorem gratiam fit sanctior, & Deo gratior, eiusque actus fit magis, vel aequo perfectus, & meritorius: ut pote aequo, vel magis intensus, quam actus Iusti imperfecti. Ex hoc autem, quod ille non recipiat de facto charitatis augmentum, ille vero recipit, dici potest, quod sit inferioris conditionis secundum quid; quia non se disponit sufficienter ad augmentum, sicut iste.

XIII. Resolvitur tertio. Habitum charitatis, quando augetur, non augetur secundum totam latitudinem actus, sed tantum secundum excessum ipsius supra habitum. Unde si quis habens habitum charitatis ut sex, operetur actum intentum ut octo, non recipiet octo gradus augmenti, qui cum praecedentibus facerent quatuordecim; sed solum duos, ut eius habitus fiat intensus ut octo. Et ratio est. Quia causa naturalis non auget formam naturalem, nisi secundum eam gradus, quibus illam superat: ut si calido, ut quingue approximatur calidum ut sex, illud non intendit calorem prioris calidi, nisi ad unum gradum; ergo similiter dicendum de intentione formarum supernaturalium. Quamvis enim actus meritorius efficienter non causet augmentum habitus supernaturalis, sed solum dispositive, adhuc tamen servari debet proportio dispositionis ad formam.

Hinc Math. 5. is, qui habebat quingue talenta, & lucratus est alia quingue, solum pervenit ad numerum decem talentorum; similiter ergo qui habet charitatem ut quingue, si bene operando lucraverit alios quingue gradus, exercendo actum intentum ut decem, non accipiet charitatem maiorem, quam decem graduum.

XIV. Resolvitur quarto. Augmentum charitatis, quod datur homini, dum exit in actum ferventem, non solum respondere actui ferventiori, sed etiam actibus remissis, qui praecesserant: ferventiori quidem, ut dispositioni proximae, & adaequatae; remissis vero, ut dispositionibus remotis, & inadaequatis: omnibus autem, ut habitibus vim, & rationem meriti, ita expressit S. Thom. 2. praecedente relatus, ex 1. diff. 27. art. 3. & hac 9. 24. art. 6. ubi in C. haec habet: Quilibet actus charitatis disponit ad charitatis augmentum, in quantum ex uno actu charitatis homo redditur promptior ad augendum secundum charitatem: & habitus crescente homo redditur promptior ad augendum secundum charitatem: & habitus crescente homo prorumpit in actum ferventem dilectionis, quo conatur ad charitatis profectum; Et tunc augetur charitas in actu. Quibus apparet, actus remissus non frustrari suo praemio, quod datur quidem, ob meritum actus intensioris, sed ut virtute includentis actus remissus: unde actus ille ferventior, quasi multiplici iure, & titulo augmentum promeretur, & recipit. Haec, in ista facis involuta controversia, magis aperta, & menti S. Thomae magis conformia iudicavimus.

QUESTIO III.

De Necessitate, & Ordine Charitatis.

Charitas, de qua haecenus locuti sumus, est dilectio, qua Deum ut auctorem supernaturalem diligimus, & fontem gratia, & gloriae; & creaturas propter ipsum. De huius ergo dilectionis necessitate, seu obligatione agemus in praesenti: cum S. Th. 2. q. 44. Et insuper quinam ordo in ea servandus sit, expenditur cum eodem 1. 2. q. 26.

D E B I T U M I.

Verum datur Specialia Praeceptum Charitatis.

S. I.

Quid in hac Re serventur Aliqui.

Proxime elapso seculo reperti sunt Doctores aliqui ex Catholicis, qui auctores esse, praecipuum charitatis in Deum non esse praecipuum speciale, & ab aliis distinctum. Hinc concludebant primo. Hominem non teneri aliquando ad actum amoris in Deum, vi praecipii charitatis: sed satis esse, ut illum non oderit. Secundo: Hominem, qui alia praecipua servaverit, etiam Deum nunquam actu dilexerit, satisfecisse primo Decalogi mandato. Tertio: Hominem posse saltem aeternam consequi, quamvis nunquam actum amoris in Deum dilexerit. Quae quia pietati, ac Religionis capitaliter opponuntur: Ideo a Summis Pontificibus similes doctrinae proscripae fuerunt.

II. Ut tamen Candidatus meus ab his cavere possit, opera praecipuum duxi, singulas propositiones damnatas ei exhibere. Prima ergo talis erat: Homo nullo unquam viro suo tempore tenuit aliter actum fidei, spei, & charitatis, ex vi praecipii dilectionis ad deum virtutes praedictas. Est prima inter damnatas ab Alexandro VII. 24. Septembris 1665.

Secunda: Reprobata est, nisi strepitu quidem retro quinquaginta per se obligare praecipuum charitatis erga Deum. Est sexta ex damnatis ab Innoc. XI. 2. Mart. 1679.

Tertia: Sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretatio. Hinc homo non tenetur amare neque in principio, neque in decursa vita suam mortalit. Est prima ex damnatis ab Alexandro VIII. 24. Augusti 1690.

Quarta: A peccato mortaliter, qui actum dilectionis Dei sepelet tantum in vita eliceret, condemnare non audeamus. Est quinta inter Innocentianis, ut supra.

Quinta: Quae inter Innocentianas est septima, talis est: Tunc solum obligat, quando tenetur iustificari, & non habemus aliam vitam, quam iustificari solentis.

Qua vero etiam circa dilectionem proximi erratum fuit: oportuit sequentes propositiones praescribi ab eodem Innoc. XI. 2. Martii 1679.

Prima erat (inter damnatas 10.) Non tenetur, proximum diligere actu interno, & formaliter.

Secunda (ordine 11.) Praeceptum proximum diligendi satisfecisse solentis per solus actus externos.

Tertia (ordine 13.) Si cum debita moderatione facies, potest absque peccato mortali de vita alienigenis existari, & de illius morte naturalis gaudere; illam insufficient affectu peccato, & desiderio non quidem ex displicentia personae, sed ex aliquo temporale evaluationem.

Quarta (ordine 14.) Licetum est absolute desideria cupere mortem patris; non quidem, ut malum patris; sed ut bonum cupientis: quia nimirum ei obvenit ut si pinguis hereditas.

Quinta (ordine 15.) Similis est: Licetum est filio gaudere de periculis parentis, & in se abiectione perpetrato, propter ingenitae divitiae inde ex hereditate consecutas. His ad cautelam praenotatis, sit

S. II.

Resolutio Dubii.

II. Deo. Praeceptum de charitate in Deum est speciale praecipuum a ceteris ita distinctum, ut, si quis ipsum omiserit, est alia omnia servaverit, salutem aeternam consequi non possit.

Prob. primo ex illo, Math. 22. ubi Christus a Legis Doctore rogatus: Quod est mandatum maximum in lege? Respondit, v. 37. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, &c. Hoc est maximum, & primum mandatum. Deinde asserit, velut secundum, praecipuum dilectionis proximi, & concludit, vers. 40. In his duobus mandatis universa lex pendet, & propheta. Ex quibus sic arguo. Illud speciale mandatum, & a ceteris distinctum, quod respectu aliorum est maximum, & primum, & a quo cetera omnia mandata pendunt: sed tale est, dicit Christus, mandatum dilectionis, seu charitatis in Deum; ergo &c.

IV. Nec dicas. Propterea dici maximum, & primum mandatum; non quia sit speciale, & ab aliis distinctum, sed quia in omnibus includitur. Qui enim omnia praecipua Dei observat, implet, & interpretatur Deum diligit; iuxta illud Christi Joann. 14. v. 15. Si diligis me, mandata mea serva, & cap. 15. v. 10. Si praecipua mea servaveris, manebis in dilectione mea.

Sed contra. Praeceptum charitatis in Deum includitur in aliis praecipuis, sicut principium in conclusionibus, & sicut finis, ad quem alia praecipua ordinantur, iuxta illud Pauli, 1. ad Timoth. 1. v. 5. Finis praecipui est charitas: sed aliud est id, quod dirigit actus ad cognoscendas conclusiones; aliud, quod dirigit ad cognoscenda principia; aliud, quod movet actum ad media, aliud, quod movet ad finem; ergo &c. Igitur observatio mandatorum Dei, & proximi est causa observantiae aliorum mandatorum, iuxta illud Joann. 14. v. 23. Si quis diligit me, formam meam servabit, v. 24. Qui non diligit me, formam meam non servat, & contra, v. 21. Qui habet mandata mea, & servat ea, ille est, qui diligit me. Observantia ergo praecipui dilectionis Dei est causa observantiae aliorum praecipuorum; & non observantia istorum est signum non observantiae illius: & hoc est esse maximum, & primum man-

datum. Si enim quis aliorum mandatorum corticem servaverit, nec ea ex Dei amore servet; ea, ut oportet, minime servat, quamvis servare videatur. Unde S. August. quest. 54. in Deuteronom. Si servaveris ea, quae Deus jubet, manibus habet, & in corde non habet, nemo est tam infusus, qui praecipua arbitratu impleri. Porro si charitas, quae plenitudo est legis, habet in corde, etiam si manibus operis, quibus non possit operari, pax illi est usque cum hominibus bona voluntati.

V. Probo secundo ex D. Thom. hac 2. 2. q. 44. art. 1. Ubi est specialis ratio debiti, ibi est speciale praecipuum, quia praecipuum importat rationem debiti: sed actus charitatis in Deum dicit speciale rationem debiti; ergo &c. Min. prob. Specialis ratio debiti est, ut homo bene se habeat circa finem, & tunc per affectum uniat: sed hinc debite satisfieri non potest, nisi per charitatem, quae sola immeditate conjungit nos Deo; ceterae autem virtutes hanc conjunctionem non faciunt, sed ad eam ordinantur, sicut ad finem; ergo actus charitatis &c.

Confirm. ex eodem in arg. Sed contra. Ibi. Quod Deus requirit a nobis, cadit sub praecipuo: sed Deus requirit ab homine, ut diligat eum, Deuteronom. 10. vers. 12. Quid dicit Dominus Deus tuus per te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis eius, & diligas eum, ergo &c.

VI. Probo tertio. Illud est speciale praecipuum, & ab aliis distinctum, quod specialiter traditur, quo in specie praecipitur nobis aliquid, quod aliis mandatis non praecipitur, quod non cadit sub praecipuis, quae dantur de aliis virtutibus, & vi cuius, non autem vi aliorum, tenentur omnia ad Dei gloriam referre: sed praecipuum dilectionis Dei specialiter traditur Deuteronom. 6. vers. 5. Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Et neque verba haec, quae ego praecipio tibi habere, in corde tuo. His verbis praecipitur dilectio Dei, quae aliis praecipis non praecipitur; ut nempe toto corde feramur in Deum (ut ex D. Th. hac quest. art. 1.) quod aliis non praecipitur: Nam motus dilectionis non cadit sub illis praecipuis, quae dantur de aliis actibus virtutum. Pater, sub hoc praecipio; Honora patrem tuum, & matrem tuam, non cadit, quod hoc ex charitate fiat, cadit tamen actus dilectionis sub praecipio specialibus. Tandem vi eius, & non vi aliorum omnia in gloriam Dei referimus. Unde idem S. Thom. 1. 2. q. 100. art. 10. ad 2. ait: Sic ergo qui honorat parentes, tenetur ex charitate honorare, non ex vi huius praecipii, quod est: Honora parentes; sed ex vi huius praecipii, Dilige Dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Et cum ista sine duobus praecipuis affirmativa, non obligantur ad semper, possunt pro diversa temporibus obligari: & ita potest contingere, quod aliqui implent praecipuum de honore parentum, non tamen reprobentur praecipuum de ommissione mali charitatis.

Ex quibus haec etiam formatur ratio: Si praecipuum charitatis non esset speciale, & distinctum ab aliis praecipuis, quotiescumque obligaret aliquod aliud praecipuum, obligaret etiam praecipuum charitatis; nec posset stare adimpleto alioquo praecipio cum omissione mali charitatis; sed hoc est falsum, ut ex S. Thoma dictum est; ergo &c.

VII. Probo tandem. Si Deus speciale praecipuum de charitate homini non imposuisset, sequeretur, Deum praecipuum hominis potentiam, nempe, voluntat ad legem in ordinem ad finem supernaturalem nullam imposuisse; sed solum de intellectu, & potentis exterioribus curam habuisse: alia enim lege contringi nequit, quam amoris: mali enim, aut boni sumus ex malo, aut bono amore. At enim S. August. Epist. 11. modo 155. ad Macedonium cap. 4. Mores autem nostris, non ex eo, quod quisque novit, sed ex eo, quod diligit, iudicari solent. Nec faciunt bonos, vel malos mores, nisi boni, vel mali amore. Sed hoc dici non debet; ergo &c.

VIII. Nec respondeas, quod postquam aliquis per fidem credit, Deum esse summum bonum beatitudinem beatitudinem supernaturalem, non est specialis difficultas in voluntate ad diligendum illum: ideoque non requiritur nec specialis habitus, nec speciale praecipuum. Nam hoc in primis esset cum Pelagio convenire, qui licet tandem admiserit gratiam illustrationis in intellectu, negavit tamen gratiam inclinationis in voluntate; Deinde falsum asseritur. Quia etiam propositio Deo, ut summo bono beatifico, superant in voluntate inclinanda graves difficultates; quae superari non possunt, nisi charitas Dei diffundatur in cordibus nostris per Spiritum Sanctum; & aliae virtutes dentur, eam a turbidibus passionum purificant, ut docet S. Thom. hac quest. 44. art. 1.

S. III.

Solutio Objectionum.

IX. Primo obijcit. Charitas est finis: Finis enim praecipui est charitas. 1. Timoth. 1. vers. 5. Et finis spiritus in vita est, ut homo ambulet Deo, quod fit per charitatem, ut docet D. Thom. hac quest. 44. art. 1. Argui de hoc non datur praecipua, sed solum de mediis ad finem: unde medicus non praecipit sanitatem, sed media ad illam: & visio Dei, quae est finis, non cadit sub praecipio; ergo neque charitas.

Confirm. Praeceptum est de his, quae habent mensuram a prudentia; sed charitas mensuram, & modum non habet sibi prudentia infusa praecipuum, ut docet S. Th. 2. 2. quest. 47. art. 6. ergo &c.

X. Respondeo, praecipua non dari de fine ultimo, bene tamen de actu, qui circa illum finem versatur; si iste actus non sit ipsa consecutio finis, sed medium ad finem consequendum necessarium. Quamvis ergo de visione beatifica nullum.

nillum detur preceptum, quia non potest habere rationem...

XI. Ad confirm. dico ad minorem, quod actus charitatis...

XII. Obijetur secundo, Charitas, que in cordibus nostris...

Respondet S. Thom. hac quest. 44. art. 1. ad 2. Quod obligatio...

XIII. Obijetur tertio. Cum preceptum de dilectione Dei...

Respondet idem S. Thom. citatus ad 3. Quod omnia precepta...

XIV. Obijetur quarto. De dilectione Dei auctoris nature...

XV. Hinc obijectioni Mag. Binnæ. in hac q. 44. art. 1. Dub. 1. Camel. 2.

XVI. Verum, per se loquendo, & etiam in statu pure nature...

XVII. Obijetur quinto S. Bernardus, qui, serm. 50. in Cantica...

Respondet, neg. conf. Non enim D. Bernardus ita vult...

tis ponat preceptum: ita ut interior charitas nullo modo...

S. IV. Quando Urgens Obligatio precepti Dilectionis Dei.

XVIII. Ex dictis inferat, per se peccare hominem, qui nullum...

XIX. Proprieta dico primo. Actus internus expressus, &...

Constat, Nam, ex dictis, datur preceptum speciale, & expressum...

XX. Confirmatur. Nam hoc exprimitur verba precepti: Diliges...

Ruetas: in eodem sensu, quod prohibetur cupiditas sui, precipitur...

XXI. Neque dicas, S. Thom. hac q. 44. art. 6. ad 2. videri...

XXII. Ex dictis eruitur: quod qui nullum charitatis actum...

XXIII. Statuo igitur, hominem ad actum dilectionis ex precepto...

XXIV. Probatur deinde. Impossibile est, quod homo diu vivat...

An hoc Preceptum Dilectionis Dei in hac Vita possit impleri.

S. I.

Resolutio Dubii.

I. Dico. Homo in hac vita gratia & auxilio Dei potest adimplere preceptum dilectionis Dei, ita ut preter totum...

III. Pote impleri preceptum dilectionis in hac vita supponit Scriptura, Deuterom. 6. Ubi postquam tradidit Deus...

IV. In novo etiam Testamento, Christus Luca 10. Legisperito interroganti: Quis faciendo vitam eternam possidebit?

V. Probo specialiter contra Lutherum, quod Iusti implent preceptum dilectionis Dei: Nullus est vere, & proprie Iustus...

VI. Probo insuper. In Scriptura multi dicuntur implere hoc mandatum: ergo revera in hac vita potest impleri.

hanc habitalem opprimit, impediaturque, ne animi piis affectibus ad Deum confendat. Cam ergo ista mala homo impedit...

XXV. Quoniam autem sint tempora, quibus preceptum actus charitatis in Deum nos obliget, non est facile determinare.

Terio. Per se obligat preceptum actus charitatis in Deum super omnia, non solum in amore, sed frequenter infra animum.

XXVI. Per accidens autem obligat preceptum actus charitatis, ratione aliorum preceptorum, que servanda occurrunt.

Secundo. Per accidens obligare censent aliqui actum charitatis, saltem inchoate, & que non est super omnia...

Terio. Preceptum charitatis obligat per accidens, eum quis de Dei odio tenetur. Communis enim Doctorum sententia est...

XXVII. Porro, ut omni scrupulus, & anxietas a piorum animis amoveatur: nulli enim sunt vivi, exterminati pii, qui diu vivunt...

XXVIII. Proprieta adverto primo: Actum amoris non esse positum in exercitio horum verborum solum: Dilige te super omnia...

Adverto secundo: Amorem non esse positum in cognitione. Nam cognitio actus intellectus est: amor vero actus voluntatis: unde potest elici actus amoris absque eo, quod animi expresso advertat se amare.

XXIX. Probatur deinde. Impossibile est, quod homo diu vivat, quin aliquem totius vite suæ ultimum finem sibi constituat...

iplo 3. Reg. 10. ver. 3. & sap. 13. ver. 25. de Iofa dicitur: Similis illi non fuit ante eum. Res, qui respiciunt ad Dominum in omni corde suo. Et in tota anima sua, et in universis virtutibus suis iuxta omnem legem Moyfi.

VII. Hanc veritatem predicant patres, inter quos S. Augustinus, lib. de Natura, & Gratia cap. 43. ubi ait: Non igitur Deus impossibilia jubet: sed jubendo admonet, & facere quod potest, & parere quod non potest. Et cap. 69. de precepto dilectionis loquens, ait: Quando est enim gravis, cum sit dilectionis mandatum. Aut enim quisque non diligit, & idcirco gravis est: aut diligit, & gravis esse non potest. Diligit autem, si quod illi admonetur faciat (Deuter. 30. ver. 14.) conversus sui fuerit ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua. Item Plal. 56. Neque imprecaverit hoc Deus, ne faceremus, si impossibile judicaret, ut hoc ab homine fieret. Quam doctrinam confirmavit Trident. Sess. 6. cap. 21. & sub anathemate fanxit, Canon. 18. his verbis: Si quis dixerit, Dei precepta homini, etiam justificato, & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia; anathema sit.

S. II.

Scllarium Fundamentum.

VIII. Primo obijciunt. Nullus est in hac vita mortali, qui diligit Deum ex toto corde suo, & ex tota anima sua; id est, qui adeo intendat omnem vires suas in diligendo Deum, quin possit esse amplius diligere: & tamen hoc Deus a nobis exigit hoc precepto: ergo &c.

IX. Respondet, neg. min. Duplites ergo potest intelligi ly Diligit Deum ex toto corde suo. Uno modo, ut semper viribus adeo intensus cum diligendo, quantum est a nobis diligibilis; sic, ut non possimus eum intensius diligere: & hoc modo non precipitur diligere Deum in hac vita, sed pertinet ad perfectionem charitatis Patrie. Alio modo, ut toto corde Deum diligere idem reddat, ut precipuum studium in Deo diligendo ponamus, Deum omnibus preferendo. Quo sensu, 2. Reg. 15. ver. 13. dicitur: Toto corde universus Israel sequitur Absalon. Et Gen. 31. ver. 6. Nolite, quod totis viribus meis servivimus patri vestro. Et dicit solus, iste est totus in studiis. Et hoc modo precipitur, Deum in hac vita diligere: ut Deum diligamus precipuum amore nihil ei preferendo, aut ei aequando, & parati simus contemnere quicquid eius amicitia repugnat, & peccare quicquid eius amicitia postulat. Qui enim Deo aliquid antepone, non Deum, sed illud potius ex toto corde diligit, qui autem Deo aliquid exaequat Deum ex dimidio, non ex toto corde diligit. Ita S. Thom. 2. 2. q. 14. art. 8. & Qu. univ. de Charit. art. 10. ad 4. ubi dicit: Est autem de ratione charitatis, ut Deus super omnia diligatur, & ut nullum creatum ei preferatur in amore.

X. Secundo obijciunt. Quantumcumque homo sit iustus, non vivit absque peccatis saltem venialibus: sed dum haec committit, non diligit Deum ex toto corde: ergo &c.

Respondet ex D. Thom. hac 2. 2. q. 44. art. 4. ad 2. Quod duplites contingit ex toto corde Deum diligere. Uno quidem modo in actu, id est, ut totum cor hominis semper actualiter in Deum feratur: & ista est perfectio Patrie. Alio modo, ut habitualiter totum cor hominis in Deum feratur: ita scilicet, quod nihil contra Dei dilectionem homo recipiat: & hac est perfectio via, cui non contrariatur peccatum veniale: quia non tollit habitum charitatis, cum non tendat in oppositum obiectum, sed solum impedit charitatis usum. Hec S. Thom. Unde solum sequitur, quod qui peccat venialiter, actu Deum non diligit, nimirum, illo actu, quo peccat: non tamen, quod habitualiter Deum pro ultimo fine toto corde non retineat.

XI. Tercio obijciunt. In hac vita concupiscentia semper repugnat spiritui, Galat. 5. ver. 17. ergo nunquam omnes animae vires Deo fervant.

Respondet, neg. conseq. Est enim concupiscentia semper repugnat spiritui, non tamen semper vincit spiritum, sed gratia Dei adjuvante saepe vincitur a spiritu: vires autem omniae subiectae spiritui possunt toto studio Deum diligere. Unde Paulus ibidem enumerans fructus, seu effectus Spiritus, ver. 22. dicit: Fructus autem Spiritus est charitas, & gaudium &c. Quamvis autem vires animae non semper actu ferantur toto studio in Deum, sufficit quod aliquando: preceptum enim hoc, quia affirmativum, non obligat ad semper, neque ut tota possibili intentione ad ipsum feramus, sed ut ipsum plusquam caetera omnia diligamus.

XII. Quarto. Obijciunt Augustinum, lib. de Perfect. Justitia cap. 8. dicentem de perfectione charitatis: Cur ergo non precipitur ista perfectio, quamvis eam in hac vita nemo habeat? Et Bernardum, Serm. 50. in Cant. ubi de precepto charitatis, postquam dixit: Quod minimo in vita est aliquid hominum posse, vel potuisse adimpleri, concludit: Ergo mandanda impossibilia, non praevocantur homines facere, sed humiliat: ergo dilectio Dei super omnia, quamvis impossibilis in hac vita, potuit a Deo precipi.

XIII. Respondet, dist. conf. Precepti, ut medium nos ducens ad finem, conc. conseq. ut est finis ad quem tendimus, quo pacto in hac vita est impossibilis, neg. conf. Preceptum dilectionis potest dupliciter intelligi. Vel tenet, ut jubet id, quod faciendum est, tanquam medium ad finem, quod est diligendo Deum super omnia, tendens ad finem, nempe ad consummatam unionem cum Deo: vel ita, ut jubet finem, qui est actus, & semper unitus Deo. Sicut dum Dux precipit militi: Pugnare adversus hostem, solum est precipit id, quod faciendum est, ut medium ad victoriam: cum vero dicit: Vincere hostem, simul jubet finem, propter quem pugnare debet. Prior

ri modo transgressor precepti est, qui non finit totum, quod precipitur, non autem si non facit posterius modo: quia preceptum proprie non obligat quatenus indicat finem, sed quatenus precipit medium. Sic miles in casu dimi peccat, si non pugnet: non autem si non vincat, modo virtutiae pugnando ad hoc conatus sit.

In hoc sensu loquuntur SS. Augustinus, & Bernardus. Dicit enim Augustinus (citato loco) proponi, & precipi nobis charitatis perfectionem, non ut eam hic impleamus; sed ut ad eam tandem acquirendam conemur: Non enim ratio curatur, si quo curandum est, respiciatur. Quomodo autem sciamus, si nullis precibus ascendatur? Sic ergo curamus, ut non persequamur. Et h. de Spirit. & lit. c. 36. Neque enim (inquit) si esse non potest, tamen dilectio Dei, quanta illi cognitioni plene, perfectissime debetur, jam culpa dependendum est. Aliud est enim, totam nonnullam affectu charitatem, aliud nullam sequi cupiditatem. Quamobrem debet homo quamvis longe minus amare Deum, quam non potest amare perfecte, nihil tamen operari illud: sicut etiam in istis, qui adhaerent sensibus corporis, potest oculum nullis remediis delictari, quamvis non possit in fulgentissima luce desipi.

S. autem Bernardus idem sentire demonstrat verba precedentia; ait enim: Nec laetis praecipitur, praecipit pondus hominum excedere vires: sed judicium, uti, & hoc ipso sine ille insufficienti admodum, & ut scirent, aut ad quos possit hunc nisi pro virtute operaretur, ergo mandanda impossibilia, non praevocantur homines facere, sed humiles. Quapropter neuter illorum Patrum negat, preceptum dilectionis posse in hac vita impleri, sed solum negat posse hic impleri ad perfectionem, qua implebitur in Patrie.

Hoc mire expressit S. Thom. in 3. d. 27. q. 2. art. 4. his verbis: Duplex totalitas in dilectione Dei proceditur. Una, quae nihil deest in his, qui homo potest expendere in amore Dei: quia in dilectione ponit. Et haec quidem perfectio, seu totalitas non precipitur, ut facienda, sed magis ostenditur, ut sciantur, quo perveniendum est, ut dicit Augustinus. Et propter hanc perfectionem, seu totalitatem excluditur omne, quod etiam ad tempus actum dilectionis interrompere potest. Alio secundum quam nihil homo iuberabit de his, qui debet ponere secundum tempus illud in amore Dei. Et haec perfectio, seu totalitas ponitur in precepto etiam, ut nunc implenda, ut scilicet nihil omniae eorum, quae punire debet in amore Dei. Et haec totalitas excludit omnia illud, quod est contrarium, & repugnant dilectioni dicitur, & non autem illud, quod ad tempus actum dilectionis interrupt: quia semper agere secundum actum virtutis, non est nisi virtutum, qui sunt in statu beatitudinis. Quia perfectio scilicet est in operatione, perfectio virtutis est in habitibus.

XIV. Obijciat Lutherus locum ex 2. ad Cor. 3. v. 1. Non quod sufficienter scimus cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis: sed sufficienter nobis ex Deo est. Et illud ad Philipp. 2. v. 13. Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle & perficere. Et D. August. 1. de Gen. & lib. Arb. cap. 6. ubi ait: Si ego Deum non sum, merito tua non Deo evenit merito non tantum merito tuo, sed tantum deo tuo. Ex quibus inferrebat, quod est Deus preceptum dilectionis nobis imponat, nos tamen illud servare non possumus; sed Deus solus est, qui illud implet in nobis.

XV. Ita infanabat miser ille homo, non adveniens, quod si preceptum de actibus nostris est; ergo nos per actus non posse debemus illud implere, quamvis alius nostri sint etiam ex ipso, & dona sua, quia non nisi ipso adjuvante per gratiam suam facimus, 1. ad Cor. 15. v. 10. Gratia Dei (inquit) sumus in quod sumus. Et gratia eius in me, vobis non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei meum. Quasi diceret: laboravi abundantius illis, sed non a me ipso, & propter virtutes, sed Dei gratuito auxilio. Nos ergo sumus, qui nostris actibus, nostra solitudine implere precepta possumus, & debemus curare ad bravium; sed hoc ipsum, quod facimus, donum Dei est. Sed de his alibi diximus.

D U A I U M III.

An Ordo Charitatis eadem sub Precepto, & qualis sit iste Ordo.

S. I.

Resolutio Prioris Partis.

I. Dico. Ordo charitatis est in precepto; id est, non solum nobis preceptum est, ut diligamus Deum, & creaturas &c. sed ut in diligendo, ordinem servemus. Ita S. Thom. 2. 2. q. 44. art. 8. & q. 26. art. 13. In 3. d. 27. art. 1. & alibi: Et prob. Tum ex illo Canon. 2. v. 14. ubi Ecclesia sub figura sponsae Deum laudat, quod in ea charitatem ordinavit: Ordineque (inquit) in me charitatem. Tum ex S. August. 1. de Doct. Christ. cap. 27. ubi ait: Ille autem iustus, & sanctus vivit, quod verum integer estimatur est, ipse est autem, qui ordinem dilectionem habet: non sua diligit, quod sua est diligendum, aut non diligit, quod est diligendum, aut amplius diligit, quod minus est diligendum, aut aequo diligit, quod vel minus, vel amplius diligendum est, aut minus, vel amplius, quod aequo diligendum est.

II. Probat autem ratione S. Thom. hac 2. 2. q. 44. art. 8. Modus, qui pertinet ad rationem actus virtuosus, cadit sub precepto, quod datur de actu virtutis, quia ratione modus diligendi Deum ex toto corde, quia ad rationem propriam actus charitatis pertinet, cadit sub precepto charitatis, ut diximus: sed etiam modus ordinate diligendi pertinet ad rationem virtutis.

tutis charitatis; ergo &c. Min. prob. Ad rationem propriam virtutis charitatis pertinet, quod dilectio proportionetur diligibili, nimirum, ut non omnia eodem modo, vel aequaliter diligit, sed eo modo, & ordine, quo sunt diligibilia. Qui enim plus diligeret, quod minus diligibile est, aut minus, quod est magis diligibile, aut aequo, quod est plus, vel minus, vel plus, vel minus quod est aequo diligibile, non diligeret secundum virtutem charitatis modum; ergo cum inter diligibilia per charitatem sit ordo prioris, & posterioris; nam Deus est diligibilis, ut principium, & causa beatitudinis, alia autem sunt diligibilia, ut ea, quae quis est ordo: non debemus Deum, & alia a Deo, neque ista inter se aequali dilectione, sed ordine, secundum cuiusque diligibilitatem, diligere.

Unde (inquit S. Thom. in 3. d. 27. art. 1. in cap.) cum in hoc contingat esse magnum diversitatem, & gradus diversitatis, secundum quod unum est altero melius, vel magis propinquum; oportet, quod etiam actus dilectionis ordinem habeat ad hoc, quod sit virtuosus. Et ibidem ad 5. Ex hoc ergo ipso, quod aliter, quod est minus diligendum, equiparo in dilectione ei, quod diligendum est magis; non totum dilectionis, quod debet, impendo ei, quod magis diligendum est: & similiter etiam patet in aliis. Unde charitatis ordo est in precepto, & peccat, qui praepostera agit.

III. Ordo autem iste, qui est in charitate servandus, debet esse non solum affectus, sed etiam operis; ut non solum, id quod secundum charitatis ordinem magis est a nobis diligibile, vel secundum se, vel attentis circumstantiis plus secundum affectum diligamus: sed etiam plus propter illud, vel pro illo faciamus. Unde ex quo maximum diligibile est Deus, plus pro ipso, & propter ipsum diligendo praestare debemus; sicut & pro proximo propter Deum, quo magis est a nobis diligibilis: imitantes ordinem, quem Pastor Evangelicus, Matth. 18. & Luca 15. ordine ovis fidei creditas servavit. Qui quamvis absolute ordine dilectionis praefereat nominata ovem ovem, quam unam; in ea tamen circumstantia, qua unam ovem erravit, plus unam operari dilexit, quam caeteras: dum dimissis nominatis ovem in deserto, unice de centesima, qui erraverat, sollicitus, ad eam reducendam, ac si nullam aliam haberet, totam se dedit.

IV. Quapropter S. August. Epist. 139. alias Charitatis (inquit) quae tantquam nutritrix flos vitae, non est ordine amandi, sed ordine subveniendi, inferioribus prioribus antepone; quos tales vult esse, quales iam illi sunt, quos non contemnendo, sed de his confidendo, interim praeterit. Quibus apparet, aliquando charitatis regulam esse quod perfectioribus, imperfectiores opere, & cura anteponamus; quamvis ordine dilectionis perfectiores imperfectioribus sint praefrendi. Quod S. Bernardus quoque testatur Serm. 50. in Cantic. his verbis: In bene affectu mente non dubium (verbi causa) quia dilectioni hominis Dei dilectio proponatur, & in hominibus ipsi perfectiores inferioribus, Calum terra, & aeternitas temporis, anima carni. At tamen in bene ordinata actione fides, aut etiam semper ordo operis invenitur. Nam & carnis proximi curam, & plus urgentem, pluries occupamus, & inferioribus fratribus diligentiori sollicitudine assistimus, & hoc terra magis, quam Caeli gloria iure humanitatis, & ipsa necessitate intendimus. Nam & vera in hoc est charitas, ut qui indigent amplius, accipiant plus &c.

S. II.

Qualis in Dilectione Dei, & Sui servandus sit Ordo.

V. Dico primo. Deus super omnia diligendus est appetitiver. Constat ex dictis, Dub. 1. ubi ostensum est, Deum ex precepto diligendum esse toto corde, tota anima &c. Rursus; ut docet S. Thom. qu. 26. art. 2. ex amicitia magis diligendum est illud bonum, super cuius communicatione ipsa amicitia fundatur, quam quicumque aliud: fed amicitia charitatis fundatur super communicatione beatitudinis, quae consistit in Deo essentialiter, & ut derivatur in omnes, qui sunt beatitudinis capaces; ergo &c. Tum quia: Deus est summum bonum, ultimus finis, & ut talis est diligendus; ergo est diligendus super omnia: ideoque mandatum dilectionis Dei vocatur a Christo, Matth. 22. Maximum, & primum mandatum.

Quod etiam Deus diligendus sit super omnia appropinquat: prob. Nam est Deum amare debemus, ut pluri eum estimemus, quam quidvis aliud; & ut pro nullo alio velimus ab eo divelli. Hoc indicant illi Christi verba, Luca 14. v. 26. Si quis venit ad me, & non odit (comparative, id est, non minus amat) patrem suum, & matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhaerentem, & animam suam (id est, & ipsum, & vitam suam) non potest meus esse discipulus. Quae explicavit, Matth. 10. ver. 37. Qui amat patrem, aut matrem plusquam me; non est meus discipulus. Et qui amat filium, aut fratrem suum, non est meus discipulus; id est, qui patrem, aut matrem, solum, aut filium nihil in amore praeposuerit; aut, ut illis placeat, vel eorum utilitatibus serviet, me postposuerit, non est me, & Regno meo dignus.

VI. An vero ad charitatem requiratur etiam, quod Deus ametur magis intensive, quam quodvis aliud, disputat inter Theologos. Affirmative opinantur aliqui. Sed quia haec opinio in mille scrupulis adigit conscientias: quis enim scit, an gradus amoris, quo Deum prosequitur, sit summus, quem potest elicere, ut correspondeat estimationi, quam habere debet de Deo?

VII. Consequenter igitur sufficere, ut quis amet Deum super omnia appreciative, eum, iuxta amorem omnium preferendo, Gest. Theol. Tom. II.

quamvis actus, quo eum diligit, non sit intensior actu, quo diligit proximum. Et proba primo. Nam non est necesse, ut habitus charitatis sit intensior circa Deum, quam circa proximum, vel nos ipsos; est enim unus, & simplex habitus; ergo secundum illam intentionem laudabiliter fieri possunt actus tam circa Deum, quam circa proximum, & nos ipsos.

Secundo. Ut actus charitatis sit bonus, laudabilis, & meritorius, non est necesse, ut habeat certum aliquo intentionis gradum; ergo non oportet, ut sit intensive summus. Ant. prob. Tum a pari. Nam actus fidei, & spei certum intentionis gradum non petit, sed dummodo firmiter adhaerat Deo prima veritati, & ab ipso, ut prima causa expectet beatitudinem, bonus est, & laudabilis; ergo similiter actus charitatis, modo sic Deus diligatur, ut omnibus rebus anteponeatur. Tum etiam: quia minima charitas sufficit ad merendam vitam aeternam; & se extendit ad omnia, quae sunt ex charitate diligenda, ut docet S. Thom. 2. 2. q. 24. art. 5. & art. 6. ad 1. & alibi: non potest autem vitam aeternam mereri, nisi sit actus bonus, & laudabilis, ut oportet.

Tercio. Nullum est in Scriptura preceptum de Deo summe quoad intentionem diligendo: cum enim jubetur Deum diligere super omnia, sive ex toto corde, ex tota anima; ut habetur Deuter. 6. Matth. 22. & Luca 10. non precipitur dilectio summa intensive, sed solum appreciative: ut nempe, plurius apprecietur, & estimetur amicitiam Dei, quam caetera omnia, & nihil ei anteponamus, vel aequemus, ut dictum est supra. Et sine hi non tenemur habere de peccato mortali dolorem intensive majorem, quam de quibuscumque aliis malis; modo de illo magis doleremus appreciative; nec tenebimur habere amorem de Deo summum intensive, sed sufficere, quod sit summus appreciative.

Accedit postremo: quod si ad preceptum charitatis implendum requiratur actus summe intensive, quem quis facere potest; sequeatur, quod per actum ejusdem intentionis unus impleteret preceptum charitatis, alter non: immo unus mereretur vitam aeternam, alius vero peccaret; si videlicet unus habens charitatem remissam, elicat actum sui habitus intentionis, elicit actum minus intentionem, quam sit suus habitus, parum tamen in intentione actus alterius.

VIII. Nec dicas primo. Deus est ratio diligendi omnia; ergo magis est diligendus. Distinguo enim confes. Magis appreciative, conc. conseq. magis intensive, nego conf. Cum ex parte subiecti fieri possit, ut proximus, qui videtur, intensius diligitur, quam Deus, qui non videtur.

IX. Nec dicas secundo. Inordinatum videtur, quod creatura intensius diligitur, quam Creator. Distinguo namque antec. Inordinatum negative, id est, non ita perfecte ordinatum, secundum Dei dignitatem, qui etiam intensius meretur diligi; & ex parte charitatis, quo magis inclinatur ad amandum Deum, quam proximum, conc. ant. inordinatum privative, ita ut sit contra ordinem a Deo in charitate praecipuum, nego ant. Deus enim in hoc inferioritatis status, ubi ad sensibilia nobis notoria, & propinquiora magis propendimus, sicut majorem intentionem in actu fidei, & spei a nobis, vel non exigit, vel saltem non exigit fidei mortali; ita nec in actu charitatis: sic, ut quemadmodum vera fides, & spes, ita etiam vera charitas retineatur, etiam illud illius intentiones non sint circa Deum, quam circa proximum: dummodo magis appreciative Deum, quam proximum diligamus. Monet tamen nos Ecclesia, ut ejusmodi intentionem a Deo petamus, dicentes: Da nobis filii, spei, & charitatis augmentum, ut ex Tridentino, Sess. 6. cap. 10.

X. Dico secundo. Homo magis appreciative tenetur diligere Deum, quam seipsum. Patet ex dictis. Nam quisque tenetur Deum diligere super omnia: ergo supra seipsum. Et etiam, quia quilibet pars tenetur magis inclinari in bonum commune totius, quam in bonum particulare proprium: Deus autem est commune bonum, & principium omnis boni. Vide S. Thom. 2. 2. q. 26. art. 3. Et hoc confirmat sententia Christi, Matth. 16. ver. 24. Si quis vult post se venire, abneget semetipsum. Et, ut supra, Luca 14. non solum patrem, & matrem odio habendos, id est, dilectionis affectu sibi non postponendos, sed etiam animam nostram.

XI. Queri solet: An homo naturaliter inclinaretur ad diligendum Deum magis, quam seipsum?

Responso communis est affirmativa. Id enim ratio naturalis dicit, nimirum, magis esse diligendum eum, qui est commune principium omnium bonorum, & etiam proprii boni: & e contra inclinatio ad diligendum plus seipsum, quam Deum est perverta; ergo non potest esse naturalis: quia inclinatio naturalis est a Deo, a quo nihil potest esse pervertitum.

XII. Difficultas est de homine in statu praesentis naturae, per peccatum corruptae, & a Deo averse: in qua in amando Deum auctorem naturae super omnia indiget speciali gratia, ut diffidat, ad quas superandas indiget speciali gratia, ut offendimus (Tom. 1. in 1. 2. q. 1. de Necess. gratia, Dub. 6. S. 3.) Si autem ad diligendum Deum homo naturaliter inclinaretur, sine difficultate, immo facillime, & sponte, ad Deum tenderet, sicut lapsus ad centrum.

XIII. Sed hoc solum arguit, in natura, per peccatum corrupta, naturalem inclinationem ad Deum diligendum plus, quam seipsum, impediri a suo actu, per inclinationem contrariam, eamque vehementiorem, qua per peccatum trahitur ad bonum privatum: & hinc difficultates oriuntur ad eam erigendam ad bonum divinum. Sed si haec impedimenta tollerentur, sicut lapis; ablato ipsum detinente, naturaliter tenderet.

